

938, desembre, 20

*Domènec i la seva esposa Riquilda venen a Optat i Ermel, esposos, dues terres situades al comtat de Girona, indrets de Montilivi i Salt, pel preu d'onze sous.*

ASD núm. I, perg. orig., 170 x 420 mm.

In nomine Domini, ego Domenicus et uxor mea Riceldes, nos simul in unum uinditores sumus uobis Obtado et uxori tue Ermelle, emtores. Per hanc scripturam uinditionis nostre uindimus"uobis in comitatu Ierundense, in locum quod uocant Monte Eusebio, terra nostra propria erma et culta, que nobis aduenit ad ex comparacione ad aproprio; et afrontat de parte horientis in terra de uos ipsos emtores, et de meridie afrontat in terra de Durabile uel Domenico uel in ipso uallo, et de occiduo in terra erma de Gomarigo uel de condam Auria deiuota et de parte circi afrontat in terra erma de uos ipsos emtores. Uindo uobis ista omnia superius scripta, quantum infra ipsas quatuor afrontaciones includunt, idest modiatas quatuor, cum exio uel regresio suo. Et in alio loto in terminio de Salto similiter uindo uobis terra mea propria que mihi aduenit de comparacione, et affrontat de parte horientis in terra de uos ipsos emtores, et de meridie afrontat in terra Ennegone leuita, et de. occiduo similiter de Ennegone leuita, et de circi de uos ipsos emtores. Uindimus uobis ista omnia superius scripta, quantum infra istas afrontaciones includunt, cum exio uel regresio earum, in propter precium quod inter nos et uos bene conuenit idest solidos .XI., tantum quod uos emtores nobis dedistis et nos uinditores de presente manibus nostris recepimus, et nichilque de ipso precio apud uos emtores non remansit, set omnia nobis adimplistis, est manifestum. Quem uero ista omnia superius scripta de nostra iure in uestro tradimus dominio potestatem habere, uindere, donare siue comutare et quidquid exinde facere uel iudicare uolueritis, in Dei nomine habeatis potestatem ex presenti die et tempore. Quod si nos uinditores aut aliquis de filiis uel de heredibus nostris, aut quislibet homo uel subrogata persona qui contra hancista carta uindicionis ad nos facta ad uos recepta uenerit ad inrumpendum, aut nos ipsim uenerimus, non hoc ualeamus uindicà.re, set compònamus uel componant ista omnia superius scripta cum omni sua iilmelioracione in duplo, et inantea ista uindicio firmis et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista uindicio .rn<sup>o</sup>x. kalendas ianuaris anni .rn.<sup>o</sup> regnante Lodouico rege filio condam Carloni.

Sig+num Domenicus et s[ue uxoris] Riceldis, qui hanc simul in unum uindicionem fecimus et firmare rogauimus. Sig+num Dominica\*. Sig+num [ .. ]arrus sss\*. Sig+num Lazarus\*.

[.]u[.]ius lebita qui hanc ista uendicione scripsit sub die et anno quod supra.

Dors: "De Monte Euribio" (lletra s. xw). Al dors hom troba també el nostre núm. 10.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 58-59